



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 26. Sixti V. diploma ad suum Nuntium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

**Sæcul. XVI**

A.C. 1587.

legi jussit, quamvis vero primo obtutu  
hæ propositiones haud aliam, nisi quam  
ipsem̄ profitebatur, doctrinam conti-  
nere viderentur, nihilominus a Cardi-  
nalibus, ut suam quisque sententiam  
ediceret, petebat: porro hi hasce pro-  
positiones tanquam sanam doctrinam  
complectentes approbabant, unde ex  
ipsorum judicio Pontifex ad Octavium  
Frangipanum Calatinum Episcopum,  
suumque apud Colonenses Nuntium  
quoddam diploma transmisit.

## §. XXVI.

*Sixti V. diploma ad suum Nuntium.*

**F**raternitati tuæ per Apostolica scripta  
mandamus, ut Lovanium, cum primum  
commode fieri potest, te conseras, & quibus-  
cum oportet, omni charitatis officio, &  
quaes prudentia, studiosissime agas, ut earum  
contentionum, ac dissensionum finem om-  
nino faciant universi, ac singuli, qui de  
iis articulis tam graviter inter se dissident,  
simil vero Mechliniensis Archiepiscopi opera  
utaris; huic enim Præfulti ipsem̄ Pon-  
tifex hanc in rem pariter perscribebat,  
atque in suo diplomate ad hunc Nun-  
tium transmesso Lessii propositiones ad-  
huc appellabat *sanæ doctrinæ* articulos:  
quinimo Nuntius quoque illas eadem  
hac prærogativa honorabat in suo de-  
creto, quod postea pro hoc negotio ad  
sacram

sacram Sedem devolvendo promulga- Sæcul.XVI.  
verat. (\*) A.C.1588.

Ceterum cum Mechliniensis Archi-  
episcopus ante Nuntii Apostolici ad-  
ventum Lovanium petiisset, ibi cum  
Facultatis Doctoribus privata habebat  
colloquia, ac postea ipsum Lessium ad  
se vocabat, eidem exponens, se depre-  
hendisse, quod longe firmiora essent e-  
jus dogmata, quam initio putasset: de-  
inde multis, & blandis verbis niteba-  
tur eidem persuadere, ut relicta, sup-  
pressaque illorum censura, & sua Apo-  
logia, acsi nihil actum esset, tria,  
vel quatuor præcipua capita felige-  
ret, de quibus de novo disputatio  
institueretur. Ad hæc ita respondit:  
Lessius: „paratus sum, de quibusvis ca-  
„pitibus meæ doctrinæ cum illis dispu-  
„tationem inire, nullo tamen modo fieri  
„potest, ut Censura suppressatur, cum  
„illa jam in omnium manibus verse-  
„tur, & per cam semper dogmata mea  
„damnata esse viderentur, si nullum  
„de ea judicium feratur: itaque opor-  
„tet,

(\*) Quod hæc verba: *sanæ doctrinæ ad propositiones ab Universitatibus damnatas appellant, satis operose Eleutherius, seu P. Li-*  
*vinus de Mayer comprobare nititur, quiavis*  
*alii assertant, quod ea tantum recitative, &*  
*duntaxat eo modo, prout ab illarum fautoribus*  
*venditabantur, a summo Pontifice fuerint*  
*prolata.*

Sæcul. XVI. „tet, ut vel ipsi eam publico scripto  
A.C. 1588. „rescindant, vel judicium Sedis Apo-  
 „stolicæ de ea expectetur.

## §. XXVII.

*Nuntius Lovanium veniens, ac Fa-  
 cultas ab eo convocata.*

*Fast. Acad.* Postea Frangipanus Papæ Nuntius  
*Lov.* p. 371. hoc anno Domini millesimo quin-  
*Hist. Congr.* gentesimo octogesimo octavo ineunte  
*pag. 23. 1* Mense Junio Lovanium venit, ac per  
*Hist. Con-* aliquot dies cum Mechlinensi Archi-  
*trouv. l. 1.* episcopo conferens commissum sibi di-  
*c. 13. p. 40* ploma Apostolicum, quod a Papa huic  
*& 41.* Archipræfuli erat inscriptum, eidem  
 tradidit, atque ad diem vigesimam  
 quintam ejusdem Mensis in Collegio  
 Van-Dole, seu alias Antverpiensi dicto,  
 ubi tum habitabat, generalem Facul-  
 tatis Theologicæ conventum indixit,  
 quo etiam accersebatur Jesuitarum Re-  
 ctor unacum Patre Lessio: insuper com-  
 paruerant Magistri numero duodeci-  
 nimirum Michael Bajus, Cornelius Rei-  
 nerius, Frater Petrus Bacherius, Hen-  
 ricus Gravius, Joannes Lensæus, Ægi-  
 dius Vallius, Embertus Everarts, Hen-  
 ricus Cuyekius, Joannes Clarius, Ja-  
 cobus Jansonius, Jacobus Bajus, &  
 Samuel Loyarts.

Hos Nuntius præprimis nomine  
 Pontificis officiose salutans, eisdem bene  
 precabatur, ac demum paucis verbis  
 expo-